



**Promotionsformel Fakultät für Wirtschaftswissenschaften und Fakultät  
für Informatik**

Gelöbnisteil

**Doctorandi clarissimi nec non  
doctorandae clarissimae!**

**Dissertatione rite composita et examinibus, quae lege constituta sunt,  
ad explorandam doctrinam eorum, qui rerum socialium oeconomicarumque  
doctoris nomen atque honores consequi student, cum laude superatis, nos adiistis,  
ut vos eo honore, quem appetiistis, in hoc solempni consessu ornemus.**

**Sed prius fides est danda, vos tales semper futuros, quales vos esse iubebit  
dignitas, quam obtinebitis, et nos speramus vos fore.**

**Spondebitis igitur:**

**Primum, vos rebus socialibus oeconomicisque faventes et scientiam indagando  
augentes indefesso vigilique studio omnes animi ingeniique vires communi  
omnium hominum societati oblaturus;**

**dein, fore, ut concitemini ad animi rerumque gerendarum sinceritatem movente,  
quem accipietis, honore;**

**postremo, vos huius universitatis, in qua summum in rebus socialibus  
oeconomicisque gradum ascenderitis, res ac rationes, quoad poteritis, adiuturos.**

**Haec vos ex animi vestri sententia spondebitis ac pollicebimini !**

Ernennungsteil

**Itaque iam nihil impedit, quominus honores, quos obtinere cupitis, vobis  
impertiamus.**

**Ergo ego**

**promotor rite constitutus, ex decreto ordinis mei vos**

**rerum socialium oeconomicarumque doctores creo,**

**creatas creatosque renuntio omniaque rerum socialium oeconomicarumque  
doctorum iura ac privilegia in vos confero atque in eius rei fidem haec diplomata  
universitatis sigillo insignita vobis in manus trado.**